





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
SISTENS ANALECTA QVAEDAM
AD
ΜΙΑΣΜΑΤΟΛΟΓΙΑΝ ^{1776, 1^a}
DE ⁹
PRIMIS ΜΙΑΣΜΑΤVM MORBOSORVM
ORIGINIBVS,

QVAM
E DECRETO GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
P R A E S I D E
D. PHILIPPO ADOLPH. BOEHMERO

POTENTISSIMO BORVSSOR. REGI A CONSILII AVLICIS
MEDICINAE, ANATOMIAE ET CHIRVURGIAE PROFESSORE PVBL. ORD.
FACVLT. MEDICAE SENIORE ET H. T. DECANO CET.

P R O
G R A D V D O C T O R I S
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS LEGITIME CAPESSENDIS
D. II. SEPT. CIO IO CCLXXVI.
P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R
IOHANN DAVID MARTINI
ZIESARIA-MAGDEBVRGICVS.

HALAE SALICAE, TYPIS HENDLIANIS.

DEPARTMENT OF MEDICINE
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
MIAZMOTOLIAN
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
DEPARTMENT OF MEDICINE
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
D. PHILIPPO ADOLPHO BOHMNERO
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.
SISTENS ANALYTICA Q. L. L. L.





P R A E F A T I O.

Quamquam ex eo pene tempore, quo medicina a philosophiae studio separata diligentius coli coepit, eius professores in illustranda de inquinamentis morboſis doctrina operam haud mediocrem consumferint, magnique ac ſingulari rerum medicarum peritia praediti viri hanc doctrinam partim ſingularibus libellis pertractauerint, partim vero adnotationes ſuas ſuper his potentiis morbificis operibus ſuis interſperferint, nondum tamen ea tantum ad certitudinis ſaſtigium peruenit, ut nil in illa exiſtat anceps ambiguumue, quod in dubium vocari non queat. Quam ob cauſam, quum ad diſſertationem meam academicam elaborandum animum appellerem, deque argumento quodam cogitarem, quod non iucunditate ſolum quodam lectores alliceret, eorumque gulam grata quadam titilatione afficeret, verum etiam vtilitatem legentibus qualemcunque promitteret, quae nuper prodierunt, Clariffimorum virorum ACKERMANNI, ^{a)} Medicinae Profeſſoris in Academia Kilonienſi meritiſſimi, GERIKII ^{b)} Medici Hamburgeniſis, ac NVDOLFI ^{c)} miaſmatibus morboſis opuſcula perlegendi, quaedam

A 2

- a) vid. diſſertat. de miaſmate contagioſo Kilon 1773. reſpond. ſuper. Ulſterg.
b) vid. eius diſſert. ſiſtens miaſmatologiam generalem Goetting. 1776.
c) vid. v. cl. diſſ. ſiſt. animaduerſiones de contagio Lipſiae; 1776.

in mentem inciderunt, quae neque trita penitus, vulgata, cocta recoctaque millies esse, sum arbitratus, neque adeo omnibus qui medicinam profitentur, prout merentur, satis cognita perspectaque. Verum enim vero, quum partim rerum dicendarum multitudo insignis sit, egoque animo iam prouideam, velut qui proximis littori vadis inducti, mare pedibus ingrediuntur, quidquid progrediar in vastiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi, ^{d)} partim quoque perangustis temporis limicibus circumscriptus sim, facile suspicabuntur ac animo suo cogitabunt lectores aequi, me neque absolutam perfectamque de miasmatis tractationem elaboraturum, neque denique systema quoddam de iis confaturum esse. Quamuis enim hinc philosophiae dignitati nihil denegem, sed ipsam potius ad diffundendam artem, & lucem quandam, ac certitudinem qualemecunque illi conciliandam necessariam iudicem, ars tamen salutifera a medicis, qui illi tamen vehementer indulserunt, vt philosophiam magis quam medicinam exposuisse videantur, incrementa perquam tenuia cepit, vt adeo, vbi tali modo elaboratum librum perlegeris, nil saepius reperias, praeter res tritas, vulgatasque superba quadam atque magnifica inscriptione exornatas. Quodsi itaque attentione sua dignos hos meos labores medici iudicauerint, velim considerent, me quaedam tantummodo ad *μιασματολογίαν* spectantia pertractasse. Et primum quidem, quum miasmatum origines profundissimis obuolutae sint tenebris, de iis qualem-

^{d)} Liuius histor. Roman.

cunque meam opinionem, quam haud penitus vulgatam esse putavi, exposui. Quamvis autem ipse largiar, eam neque ad summam certitudinem euehi, neque omnes me contradictiones elicere posse, tamen probabilitatem quandam, camque haud mediocrem illi nemo denegabit. Potuiffem praeterea in amoenissimos medicinae antiquae & critices campos exspatiari, eosque peruagari, ac orationem meam rerum antiquarum cognitione, in qua, vbi relaxandi animum mihi obtigisset opportunitas, paululum elaboravi, aut variegatam reddere, aut doctam magis, aut denique ornatorem facere. Verum ex vberima aequae ac locupletissima hac penu ea tantum depromsi, quae vsui proxime inferuissent, magisque vberam harum rerum tractationem iis relinquo, qui aut prolixiori gaudent otio, aut maiorem earum rerum scientiam sibi comperauere. Quibus praemissis notabilem aequae ac vtilem rem de indole ac affectibus inquinamentorem morbidorum discussi.

Haec pene sunt B. L. *αγαλματα*, quae in huius libelli parietibus pagellisque reposita suspensaque reperies. Quae quidem, quod sint — rudis indigestaque moles ac hominem prodant in rebus medicis vel mediocriter versatum haud profus ignoro. At spero tamen, fore vt olim mente studiis rerum medicarum intensioribus confirmata, neque frequentiori cum malis, quibus corpus humanum solet affligi, familiaritate quasi roborato, non vtiliora solum, ac meliora, verum etiam iucundiora praestare valeam. Vale mihi que faue.



D E

PRIMIS MIASMATVM MORBOSORVM
ORIGINIBVS.

Enim vero ea fuit humani generis, antequam in societatem quandam coalesceret, conditio, ut non circa victum corpori suo nutriendo idoneum summam simplicitatem obseruaret, verum totam quoque suam vitam ageret simplicissimam. Neque enim compositi arteque infinita praeparati cibi potusue primorum hominum gulam, neque mali mores vitam eorum vitiarunt. Eam potius ita transegerunt, ut ad naturae leges eam acturo conuenit, et ubi naturae eos aut ad bona vocaret, aut a malis turpibusue, auocaret, illi quam diligentissime obtemperarunt. Quam ob causam, quum in rerum, quas non naturalium nomine medicorum scholae insigrire insueuerunt, usu autem nunquam excederent aut raro denique deficerent, nil facilius sane potuit fieri, quam iidem homines eximum illud donum, quo summum nomen continentiam atque moderationem renumerare, valetudinem inquam prosperam, ac ab omni malo sensu immunem, eamque ad modum diuturnam reportauerint. Quodsi enim insigne illud ob suam prolixitatem tempus, quo primi homines, quorum in sacro codice fit mentio (patriarchas vocant) ac ut nobis saltim ad modum credibile est, absque vlla notabili valetudinis suae afflictione vixerunt, paullo attentius confideres, sane mirabere, quam denique ratione factum sit ut tam protracta valetudine primi hi totius generis hu-

humani partes gauisi fuerint, ^o ac causam huius rei, quodsi paulo diligentius inuestiges, ac summam quae tunc in terrarum orbe viget, simplicitatem intueare, illam in tenui eorum atque moderata potissimum vita, a laxa dissolutione omnibusque caeteris vitis alienissima positam esse inuenies, quamuis ego facile quoque largiar, singularem summi numinis providentiam, ut humani generis multitudo eo laetius cresceret, latiusque velut arborum pingui fertilique terra nascentium rami, diffunderetur, simplicem ac inculpatam eorum vitam, summa ad quam peruenire potest humanum genus, longaeuitate ceu virtutis quodam ac integerrimae pietatis praemio compensasse. Quum vero recens fata hominum multitudo incretceret, ipsi quoque latius super terrarum orbe diffusi sunt, quumque quam misera atque inops sine mutuo quodam auxilio vita esset, propria dulci obseruatione intelligerent, ut eo facilius cuique debitum auxilium praestari posset, in societatem quandam coaluerunt. Ibi quoniam quo ad vitam sustentandam maxime necessaria sunt, facilius comparari quirent, noua genus humanum dilatandi occasio, eaque satis insignis enata est. Et summi numinis providentiam huc simul quum retuleris, in ea princeps ratio posita est, quare tam exiguo temporis intervallo in tantum numerum humani generis multitudo increuerit. Verum iisdem iam temporibus ab extremo vitae humanae termino, ad quem primi homines peruenierant, quid praecipuum, eoque modo et ipsa infinita generis humani multiplicatio circumscripta est. Quodsi probatione quadam indigeret, vel Iacobi exemplo posset demonstrari, qui haud longe post M. M. a toto orbe creato annum tempus vitae humanae ad LXX. v. LXXX. annos restrinxit. Neque aliter hoc profecto euenire potuit. Quum enim commercium quoddam cum aliis distitisque gentibus homines inchoarunt, dici quidem non potest, quantopere durum, et e lapide quasi natum homi-

*) Haec de re satis concinne expositum in libro Heideggeri qui inscribitur: *de longaeuitate patriarcharum* ex quo saltem id potest intelligi, a nobis traditam vnicam esse ac verissimam longaeuitatis primorum hominum rationem.

hominum genus in mollius, incultique eorum mores in mansuetiores, mitioresque fuerint permutati, verum tamen eodem modo euenit, vt longe pluribus calamitatibus, quam antea homines facti sunt obnoxii. Siquidem qui, quam incolebant terrae accommodatam vitam agebant, in alias acti eandemque prosequentes, debilitatibus ac suauitatis suae offensionibus facile euaserunt obnoxii. Quod iam instaurato commercio luxuriae, moribus effeminatis; vitiis, variisque vitae dissolutionibus, caeterisque humani generis pestilentis ansa praebetur, eaeque, quo maior sit inter distitos homines consuetudo, eo magis quoque nutriantur, foueantur atque diffundantur, tam certum est, vt ego dubitem vllum fore, qui eius rei veritatem dubiam reddere vilo modo valeat.

Ac nunc quidem facile intelligi potest, vitam cultiorem plura quidem ac perquam egregia in orbem intulisse, verum tamen vehementer adhuc dubitare licere, vtrum natura hac in re meliorem nouercam, quam matrem sese praestiterit, siquidem iam ea plures corporis humani aegritudines, antehac ignotae penitus in scenam productae sunt, quae vitam non miseram solum magis atque dolorum plenam reddiderunt, verum etiam vltimam eius lineam, mortem inquam accelerarunt. Vtut autem sit, indubium tamen est, hominibus eo tempore paulo prolixius vitae suae studium positum fuisse ac nostro quidem aeuo fieri infuevit, nascentiumque multitudinem morientium numerum longe superasse, quum haud mediocri orbis terrarum pars iisdem destitueretur, qui cum incolerent. Etenim eundem incredibiliter pulchrum cum nullo alio comparandum, atque ex omni parte egregium ordinem summum numen hodie adhuc seruare solet, et collata certa quadam annorum serie, non in certis solum vrbibus, vicisque, verum etiam in toto orbe paulo plures pronascantur, quam decedant, ^{b)} idque nullam aliam ob causam potuit fieri, quam vt quae vrbibus solum generis

^{b)} Ea omnia probata leguntur in Sustmilch, viri maxime venerandi L. qui
inscr. *Göttliche Ordnung.*

ners humani designata est, terra lento quidem, verum certo tamen generis humani incremento incolis magis repleatur.

Verum vt reuertatur ad id, a quo exorsi sumus, oratio patet ex iis, quae iam a nobis comprehensa sunt, morborum numerum ita esse auctum, vt causae eorum auctae fuerint. Scilicet nihil in toto hoc terrarum orbe geri, cui non causa quaedam ansam dederit, inter omnes compertum est. Adeoque et ipsi morbi causas suas agnoscant, necesse est. Quae quidem, quum earum copia insignis sit, ac humanae mentis acutiem superare pene videantur, limitatae et in varias classes diuersosque ordines a medicis diuisae sunt; Quaedam enim vni tantum homini mortem minantur, quaedam vero per aërem diffusae sunt, ac plures eadem labe inficiunt, sunt denique et aliae quae vbi vni homini communicatae fuerint, latius veneni vim diffundunt, ac in aliis vnum eundemque morbum producere solent. Hasce morbificas potentias medicorum schola των μεταρτων nomine insigniuit. Scilicet in iisdem tanta vis est, vt, quum semel corpus intrauerint, omnes illius humores inquinent et aucta occulto quodam modo, quem per fermentationem quandam explicare medici nuper adnisi fuerunt ^{c)} earum vi super totum corpus sese diffundant, ac in aliorum quoque corpora, quae prope ea sunt, se infinuent, eaque eadem labe inficiant. Eorum vero quaedam, quum minus subtilia esse videantur, haud aliter queunt propagari, nisi aut per contactum aut arcta

^{c)} Antiquis temporibus per putredinem medici Galeno suo duce explicuerunt. Et sane toti pathologiae haec de putredine Galeni Theoria olim adfusa fuit. Magis fermentatio placuit CAROLO HOFFMANNO (*Abhandlung von den Pocken Münster und Hamm. 1770. in 8v.*) BRINCKMANNO (*Beiträge zu einer neuen Theorie von den Gärungen Leipzig 1774.*) ac denique Gerickio (Lib. citat.) Quamuis omnia ex hoc fonte ducta corollaria illi haud facile concederem.

arcta quadam fani corporis cum aegro familiaritate intercedente, ab aegro corpore in sanum ferantur, eaque ab artis medicae professoribus miasmatum sporadicorum, quasi hinc inde disseminarentur, nomine insignita sunt, quaedam vero ab infecto corpore in aerem disseminata, a pluribus excipi, eoque modo morbum magis popularem accendere consueverunt. Contagiosa aut aucta quoque haec miasmata medicorum schola appellauit, ac in eorum originibus explicandis hic inprimis occupabimur. Sporadicorum vero partem maximam, iis relinquere constituimus, qui in degeneratione miasmatum, in qua nondum omnia sunt explicita, tractanda paululum confutare cupiunt.

Quamquam enim diffusiones inquinamentorum morbidorum facillimae sint, longe tamen difficiliores eorum sunt origines, ut in varias adeo diuersasque partes ea de re tractantes auctores abierint. Durissimi aequae ac periculosissimi morbi, quem miliarem vocant, origines satis euincunt, quantopere haec res medicorum ac philosophorum ingenia torserit, qui in pertractanda hac re tantum a sana iudicatione abfuerunt, ut magis insanisse ac delirasse, quam recte ac apposite iudicasse uisi fuerint. Qui enim quum perperam pro morbo nouo haberetur ^{d)} ipsius nouus exortus non quidem, ut de consimilibus morbis stolidam olim tulit opinio, ab astrorum coelestium infecto concursu positumque explicitus, uerumtamen ab aequae miris lepidisque causis deductus est. Quidam enim coeae potum accufarunt

d) Quum multitudo aegrorum hoc morbo laborantium increbesceret, ipse etiam pro nouo ac ante hac nunquam uiso habitus est. Adeoque omnes medici Welschium hac in re secuti sunt, qui primum hunc morbum in dissertatione academica Lipsiensi, quae inscribitur Historia medica nouum puerperarum morbum continens Lipsi. 1655. d. 2. Mens. April. descripsisse fertur. Ut Riuerium aliosque, penes quos huius morbi notio fuit, quique ante Welschium floruerunt, praetermittam, ipse morbus antiquis tam graecis quam latinis medicis cognitissimus fuit. Quodli quis exactam huius morbi descriptionem in antiquo quodam de rebus medicis auctore legere uelit, is Hippocratis Epid. L. II. Sect. III. pag. 697. in T. I. Ed. Linden audeat.

farunt ^{e)} qui tamen nondum apud Lipsienses inualuerat, quam ignotus ipsis morbus apud eos increbesceret. ^{f)} Alii, quibus hae origines non fufficere vifae sunt, mox aromatum abufum, mox balneorum frigidorum et *ψυχρολουσιμς* malam neglectionem ^{g)} mox cum butyro fixa, et mox denique calidam febribus acutis mendendi rationem (quae res nuper in viemensi Academia rixas litesque haud mediocres mouit) vt alia pari modo fallia ac ab otiofis ingeniis excogitata taceam, accufarunt. Nos vero vt eundem errorem, et infrunita haec doctiffimorum virorum deliramenta euitemus, ac intricatam hanc nodo pene inextricabili obftructam rem, eo melius explicemus, naturalique quadam ac fimplici via progrediamur, ad ipfos primos humani generis morbos orationem conuertere confutiuimus.

Simplices propter fimplicem atque incompositam hominum vitam, neque adeo frequentes morbos fuiffe antiquiffimos, facile ad credendum inducor, quum fubita generis humani diffufio ac ipfa patriarcharum longaeuitas id fua dent. Quum vero ipfi, prout genus humanum increfceret, multiplicarentur, ex cibis ac vniuerfo rerum non naturalium, qui apud veteres quondam inualuit, vfu, haud difficulter potest concludi, certa morborum genera frequentius, alia vero rarius homines quondam occupaffe. Haud enim credibile est maiores nostros cibos comparatiuifficiles elegiffe, potusue arte multiplici praeparatos. Carneo imprimis viftu, eoque crudo gentes antiquiffimas vefci fuiffe folitas, non ipfa folum dentium ftructura, ac interna oris humani facies, verum frequens quoque carnum in antiquiffima graecia, crudarumque apud plerasque gentes barbaras americanas vfus fua dent. Quos vero e plantis praeparari docuit ars magis in detri-

B 2

men-

- ^{e)} vid. Fried. HOFFMANNI Med. rational. Syftemat. cap. de febre miliari.
^{f)} vid. L. egregium, qui infcribitur. *Beiträge zur Beförderung der Naturkunde.* Halle 1774. in den zwey letzten Stücken nec non relations Goetttingenfes de libris nouis Tom. II, falc. III.
^{g)} Hoc imprimis aſteruit Cl. Albrecht, in den Fränckifchen Sammlungen.

mentum humani generis, quam in eius emolumentum excogitavit (coquinariam vocant) cibos, primis statim temporibus haud in usum a rudibus rerumque omnium ignavis hominibus vocatos esse arbitror; quum hi ipsi partim diligentem ac artificiosam praeparationem, quae rudibus iucultisque gentibus incognita fuerit, necesse est, requirerent, partim vero ne cogniti quidem humano generi quoad vires suas potentiasque aut salutare, aut morbiferas essent. Siquidem experientia demum repetita, ac obseruatione multiplici, quae esui inferirent, ac quae denique venenata quadam potentia praedita essent, humanum genus discere cognoscereque oportuit. Ac si vnquam naturae in homines crudelitas quaedam esset accusanda, certe hac in re eam haud penitus ab omni culpa liberarem. Quae enim animalibus instinctus dedit, quibus docta infesta sibi ab vtilibus possint distinguere, ea quamuis eum in locum hominibus rationem incomparabile illud donum dederit, pluribus tamen homines eo ipso, quam animalia laesionibus obnoxios reddidit. Id tamen largiar, poma syluestriumque arborum fructus primis statim generis humani temporibus ex animali regno petitis cibis fuisse interpositos. Glandibus enim primos homines vesci solitos fuisse, scriptores rerum antiquissimarum referunt, ac OVIDIVS ^{b)} imprimis probat. Etenim homines, aurea seu prima hominum aetate viuentes.

Con-

^{b)} OVIDIVS in Metamorphos. I. 3. Cf. VIRGILIUS in georgicis, et GALLENVS in Libr. II. de alimentorum facultatibus, vt plura alia loca aequae nobilia praetermittam; verum id silentio praetermitti non quit, quod quidam eruditi fuerint, qui valde dubitauerunt, quin crudas carnes antiquissimae gentes comederint eo tempore, quum coctio ac tota ignis vis nondum inuenta esset. Vniuersum victum e vegetabili regno deproptum quondam fuisse arbitantes id imprimis vrgent, quod naturalis quidam hominibus sanguine madentium carnum horror sit, quod digestio eorum difficillima fuisset, ac quod denique locus quidam ovidianus in Metamorphos. XV. quo genus humanum primis temporibus ora cruore polluisse fertur, contrarium euidenter probet. Verum ad haec omnia perquam

*Contenti cibus nullo cogente creatis
 Arbuteos foetus, montanaque fraga legebant,
 Cornaque, et induris haerentia mora rubetis
 Et quae deciderant patula jovis arbore glandes:*

Sub glandium vero nomine non asperos illos crudosque quercuum fructus, verum omnia, quae ab arboribus sylvestribus proueniunt, olim venisse vel ex Cajo Plinio secundo ⁱ⁾ probari potest.

Quae cum ita sint, facile intelligitur, omnem frumentorum frugumque, quae Heynio viro illustri teste ^{k)} serius inuenta sunt, inuentionem vsumque primis hominibus non posse adscribi, vt haec potius post praeterlapsum insigne temporis inruallum demum in vsum vocatae fuerint. Idque etiam de praeparatione ciborum valet. Quantum enim temporis interciderit, antequam ignis eiusque vis inuenta fuerit, quantamque operam ad illum in terra accendendum primi homines adhibuerint, antiquissimae illae de Prometheo fabulae probant, quibus constat, eum vt vita hominum magis mitesceret, diis immortalibus furto ablatum esse ^{l)} ac

B 2 abs-

quam facilis est responsio. Neque enim tantum horrorem rerum crudarum antiquissimis hominibus fuisse arbitror; quum nobis, qui in nimiam iam molliem degenerauimus crudae carnes subinde in deliciis adhuc sint, neque ventriculum eorum adeo imbecillum ac effaeminatum fuisse existimo. Quae fides poetis habenda sit, ex arte poetica horatiana potest intelligi.

ⁱ⁾ *Histor. natur. L. XIV. in init.*

^{k)} *vid. viri eximii doctissima Progr. de antiquitatibus panificii, frugumque inuentarum initiis, quae in vernac. translata quoque leguntur, in den Göttingischen Almanach vom Jahr 1776.*

^{l)} *Huius fabulae iucundissimae sensus eo redit, quod ignis vix a sole primum in terram effusa, frutices aut arida ligna fuerint accensa, eoque modo, ignem homines acceperint. Vt vt autem sit, id tamen certissimum est, ignem ab hominibus haud statim fuisse accensum. Sunt enim et hodie adhuc gentes quaedam barbarae, penes quos neque arte accensus ignis neque*

absque hoc praeclaro vitae humanae adminiculo vtrum vlla carni-
 praeparatio, praeter eam, quae a putredine ac a solis calore na-
 turali modo fieri infuevit, possit obtineri, ego vehementer dubito.
 Necessitatis itaque quadam lege coactum, merisumque difficultati-
 bus humanum genus crudas carnes edere oportuit, aut saltem a solis
 aestu arida quadam crusta-obductas torridasue, aut a putredine in
 iis generata, vel leniter praeparatas. Et nunc quidem facile pa-
 tet, eos morbos, qui a crudo nimis ac facile ad putredinem ver-
 gente victu proficiscuntur, primis accenseri debere, quibus genus
 humanum fuerit infestatum. Quom enim medicorum fugit facilis
 morborum putridorum ortus? Quis est, qui nesciat, a car-
 ni-um nimio vsu quandam humorum acrimoniam ac relaxatio-
 nem quandam partium solidarum contrahi? Quid? quod ipsa
 haec carni-um a solis calore facta tostio, quam locum habuisse cer-
 tissimis quidem argumentis quamuis demonstrari nequeat, admo-
 dum tamen probabile est, infestam illarum vim incredibilem pene
 in modum auxit, ita vt nullam animo meo concipere possim ratio-
 nem, quare a putridis morbis primi homines liberi ac immunes
 manserint. Quodsi enim ferreum quoque ipsis corpus fuerit, ipsa-
 que vaga ac incrustans eorum vita ad aueruncandam putredinem mul-

neque vlla alia ignis notio est. Modos denique si quis consideret, quibus
 elicere ignem homines aut lapidum confictu, aut eorum, lignorumue
 forti artritru, consueuerunt, facile intelliget, has artes ad primam gene-
 ris humani aetatem referri non posse. Haud vero longe post inuentam
 ignis vim, carni-um tostio inualuit, quae ab omnibus gentibus ad quas
 cultura quaedam peruenit, quarum tamen mores nondum in mansuetio-
 res transmutati fuerunt, sola adhibetur. Seris aetatibus coctio compe-
 tit. Siquidem ad eam vasa arte parata aliaque artificia requiruntur, quae
 apud cultas ac mansuetas tantum gentes locum habere possunt. Inde
 etiam mirari desines, quare incolae Insulae Outaheite, quorum mores
 integerrimi aequae ac mollissimi mansuetissimique erant, quamuis tostio-
 nis carni-um cognitione gausi fuerint, attoniti tamen steterint, quam fer-
 uentem aquam tangerent, in qua *καυδομαυρος* cuiusdam potentiam la-
 tere arbitrabantur Vid. *Haukerworth's Travels to the South -- Mer.*

multum valuerit, ob tantam tamen huius causae frequentiam certe non potuit fieri, quin putridi morbi antiquissimarum gentium principes fuerint. Neque haec putridorum morborum causa sola fuit; verum ad eandem putridam in humoribus labem generandam, multum quoque contulit solis aestus, qui in calidis regionibus, in quibus primi homines olim degebant, insensibilis aequae ac corpori humano infestissimus est, ac ipsa hominum in terra, nullo substrato stragulo, cubatio, qua subitaneum in modum intercepta perspiratio, quae in calidis regionibus admodum intensa esse solet, gravissimis atque atrocissimis noxis ansam dedit, ut haud raro a sola hac causa morbi partim putridi, partim ex putrido statu ad inflammatorium vergentes, ac denique acutae nervorum distensiones, rigoresque abortae fuerint. ^{m)}

Explicitis nunc morborum putridorum originibus, naturali modo mihi primò exortui oratio propius admoventur. Siquidem compertum inter medicos est, morbos putridos siue passim disseminatos esse, ac quibusdam tantum hominibus, propter facilem vniuersi eiusdemque causae accessionem mortem inferre aut denique magis diffundi, et plures occupando, vno eodemque tempore longe adhuc plures quoque inficere ac interficere. Contagiosi eum nomine, si tale quid in eo obtineret, medici insigniuerunt. Eiusque contagii, quod haud raro cum morbidis inquinamentis ab auctoribus confusum est, aut in vniuersali quadam causa, aere videlicet, cibis, putredine quadam infectis, aut quoque in vniuersali quadam inedia, ut *Bredae* olim euenit ⁿ⁾ ratio quaerenda est, siue in ipsa materia putrida a corpore, quod putrido morbo detinetur, exhalante, sanos nullaque aduersae valetudinis

abe

^{m)} v. Lind's Treatise on Diseases, incidental to Europaeans in hot Climates; nec non Graingeri Librum on the most peculiar Diseases of the West-Indias et W. Hillary's Librum egregium qui inscribitur on the epidemical and endemial Diseases in to the Island of Barbadaes:

ⁿ⁾ vid de his aequae ac eximius Lib. van der Mye de morbis Bredan. 1648. 4to.

labe infectos humores inficiente, adeoque eosdem in aliis terminibus effectus producente, quos in aegris corporibus ediderat. Idque, quod ab aegro in sanum hominem diffunditur, sibi que similem in eo morbum producit, quo quaeſo alio nomine, quam *του μασματος* debet insigniri? Quamquam enim haud facile quae hoc modo fieri conſuevit, morborum putridorum diffuſio ſemper admitti queat, non eſt tamen, quod dubitemus, quin ea vnquam locum habuerit. Siquidem id, partim, quae in bouina lue, vbi ex putrida faucium atque pulmonum inflammatione vigens, ſaepe in pecoribus ſtrages editur, obſeruata eſt, ſacillima morbi diffuſio ^o) partim quoque in hominibus inſtitutae obſeruaciones, quibus in propinquitate facilius eſſe contagium compertum eſt, praecclare euincunt. ^p) Quumque praeterea cognitum ſit in putrida humorum diſſolutione alcalinas atque volatiles, quae humoribus corporis humani inſunt, particulas, liberari, ac maiorem vim ac efficaciam acquirere haud difficulter ſane ex putrido morbo ſi illarum vis intenditur efficacique augetur, contagium diſſundi venenumque aliis inſinuari poſſe, vnusquisque, qui vel leni rerum medicarum cognitione imbutus eſt, nobis largietur.

Ex iis quae nunc a nobis expoſita ſunt facile apparet, putridas aegritudines primis humani generis morbis adnumerandas eſſe, materiem illas producentem in inquinamentum ſenſim tranſiſſe,

- ^o) Haud enim facile fieri obſeruatores referunt, vt vbi ſemel dira lues pabulum intrauerit, quidam boues immunes a morbo perſiſtant niſi ei, de quibus compertum eſſet quod nullo modo contagium ſuſciperent.
- ^p) Huius aſſerti veritati inſigne pondus; quae de miaſmatibus februm tertianarum malignarum comperta ſunt conciliant Siquidem vbi morbus ſummum ſuae vehementiae gradum attingit, fieri ſolet vt morbus demum *μιασματικως* propagetur indicio ſatis manifeſto, quod in morbi incho degeneratio humorum non ſufficiens, inprogrefſu morbi vero ad ipſum eum latus diſſundendum ſufficiens fuerit cf. *Georgii CLEYHORN Beobachtungen über die Krankheiten, die in Minerca epidemiſch geſehr*, a. d. Engl. von I. C. G. ACKERMANN. pag. 176.

fuisse, ipsumque hoc inquinamentum primum fuisse, quod pluribus communicatum pluribus quoque mortem intulerit.

Proximum est, ut de ferarum, ac canum imprimis, caeterorumque, quae ad hoc genus pertinent animalium morbis putridis agamus, quae, quod saepe admirationem nostram maximam mouit, non tam frequenter saltim, quam homines in perniciosos hosce morbos incidere consueuerunt. Quamuis enim ego rabiem, qua subinde occupari solent, morbis putridis accensam, ea tamen in iis non aequè frequens est ac putredinis morbi in hominibus esse insueuerunt, ac putridae febres, quales in hominibus obseruari solent, in canibus si vnquam fuerint obseruatae, raro saltem obuenere. Adeoque huic ferarum classi natura nil pene neque praestantius neque nobilius tribuere potuit quam ipsam hanc ab his morbis immunitatem, de qua, quamuis imperfecta sit, non tamen est, quod penitus dubitemus. *D* Si vero aliter rem consideres, natu-

d) Intelligent iam ex his lectores aequi, nos aquae metum rabiemque canibus solum tribuere, ita ut venenum hoc a canibus quidem solis in alia animalia diffundi posse, in iis autem sua sponte nunquam oboriri arbitremur. Cognitae quidem nobis sunt obseruationes de rabie anatum, catorum gallorum gallinaceorum equorum mulorum, asinorum ac simiarum (*v. Herm. BOERHAAVII Aphorism. de cognosc. et curand. morb. 1132.*) earumque plurimas nos ipsi legimus. Verum in his origines morbi nobis dubiae manserunt, ita ut semper dubitandi locus nobis superfuerit, vtrumne morbus primas suas origines a canis rabidi morfu deduxerit, considerantibus imprimis quod dirum hoc venenum saepe tam diu in corpore latere possit, antequam erumpat, venenique potentia in toto corpore se manifestet. Possent de hominum rabie spontanea multa dici, multaque illius exempla proferri confer. Triboleti de la Lance *diff. de hydrophobia absque rabidi animalis morfu praeuio*, quae recusa legitur in *illustr. Bal dingeri collect. diff. pract. Goetingae 1776.* Id tantum monere mihi liceat, quod parum ex exemplis constet, venenum in alios quoque ab aegro, qui in spontaneam *vdgo Pestenz* inciderat, esse propagatum. Idque nunquam factum est dubitare adhuc vehementer licet, vtrum morbus sua sponte

C

naturam hanc libertatem alio modo compensasse, facile reperies. Quae enim hominibus putridos morbos dederat eadem feris rabiem, pestem hominum aequae ac brutorum dedit. Origines vero dirissimi huius morbi, qui canibus maxime ac pene solummodo familiaris esse solet, in iisque sponte nascitur, quum in aliis a facillima veneni communis actione pendeat, vnae pene eademque cum iis esse videntur, quare morborum putridorum in hominibus esse solent. Scilicet in regionibus feruidis magno aestu squalentibus, et vicissim summo frigore horrentibus, qualis Hungariae regnum est, in quo homines aquae metu frequentissime teste Jo. BATY, Viro eximio a doctissimo infestari consueverunt, aut ab inedia aut ac potus defectu, perseverantibus inprimis aestatis dierumque canicularium caloribus, aut a victu putrido, corrupto, carne verminosa, quae proserpentis putredinis fidiissimum indicium est, proficiscitur. Putredinis autem morbum ipsam hanc rabiem esse, ea, quae canibus rabidis accidunt, pene omnia suadent. Quid enim aliud insignis ista virium prostratio, quae post susceptum statim hunc morbum obuia est, indicat quam pestem humores dis-

sponte tunc prognatus fuerit. Sane parum accurate medici loquantur, qui faucium conuulsuam constrictionem statim hydrophobiae spontaneae nomine insigniunt; quum in audienda hydrophobiae praesentia non tam ad faucium constrictionem quam ad furorem potius ac ad ipsius veneni specifici praesentiam respiciendum sit. Id vero a Switeno (comment. in Boerhav. Aphorismos Tom. III. p. 536. et 537.) Triboleto de la lance (in diss. alleg. pag. 238. Coll. Baldingerian.) et ab auctore dissertationis Halensis, de nonnullis ad rabiem caninam et hydrophoniam pertinentibus (pag. 298. in col. citat. Balaingerian.) factum est. De veneno autem hydrophobico sua sponte in corpore humano absque vilo canis rabidi morfu praevio nato, me nondum certum esse ingenue profiteor.

vid. eius egregiam ac multa doctrina referam quasi dissertationem de morbis Hungaris endemicis, remediorumque domesticorum aduersus eos usu. Traiecti ad Rhenum 1775. pag. 41.

Vid. vari Switen commentar. in Herm. BOERHAAV. Aphorif. de cogn. et curand. morb. Tom. III

soluentem ac nervos vel sola pressione afficientem? Quid quae
aliud inflammationes suadent, quae ad putridas tantum referri pos-
sunt, ac in his animantibus quam frequentissime obviae sunt? Huc
referas, quae dissectio bestiarum hoc morbo defunctorum ac cada-
verum humanorum docuerit. Sane aut inflammata viscera, aut
quod saepius factum est, morbificata penitus reperta sunt. Tran-
situs totius cadaveris extincti in gangraenam facillimus fuit, ut ne
facilior cogitari quidem fuisse potuerit. Ac quantus denique foe-
tor, quantaque fermentatio in iisdem bestiis tam ante mortem tam
breui post eam animadversa est?

Quae quamquam certissime probent, subesse putredinem
quandam in canina rabie, venenumque diffusum in alios ita agere,
ut putredinem quandam in humoribus concitet, velim tamen, ut
lectores sibi diversitatem inter eam, quae rabiei caninae indifflora-
bilis comes est, sibi cogitent. Potest enim non solum peculiaris
quidam corporis humani humor magis quam alii infici, in eoque
princeps inquinamenti morbosi pars multiplicari, verum etiam
ipsum putredinis indoles admodum diversa esse. Nervos enim
peculiarem in modum in hoc morbo alienari, magisque quam
humores degenerare, illis vim veneni statim pene communi-
cari, ubi corpus intraverit, imaginandi ac sentiendi facultatem
hoc modo imprimis laedi, et per totum deinde corpus, nulla eius
parte excepta venenum diffundi multiplex experientia compertum
est. Inest etiam huic miasmata singularis ac admiranda quaedam
subtilitas, qua a putrido inquinamento magnopere differt, eam-
que non facillima solum veneni communicatio, verum etiam le-
uissima eius per totum corpus diffusio manifeste producit, nec non
atrocissima symptomata, omnemque pene medelam praescocantia,
ac subitaneus denique ipsius morbi decursus. Quae sane omnia
licet peculiarem huius inquinamenti indolem probent, nostram ta-
men sententiam, sequod id videlicet a putrido miasmate obortum
fuerit, haud prorsus labefactant.

Nec omni probabilitate destituitur opinio, pestis, caeterorumque morborum omnium, qui cum efflorescentiis in cute coniuncti esse consueverunt, miasmata ex eodem fonte velut riuulos emanasse, ac ex eadem putrida degeneratione primum oborta esse. Nulla enim efflorescentiarum, quae ab inquinamentis susceptis contrahi solent, est ratio, nullaque alia causa, quam dissolutio quaedam aut liquefactio humorum, qui dein singulari quodam modo ad cutim feruntur, ac per minima, quae subter cuticulam posita sunt, vasorum exhalantium ostia transeunt, telamque cellulosam, quae pariter loca quae subter cuticulam et carnes sunt, circumuestit, occupant. Quamuis enim spasmos in generandis efflorescentiis medici simul accusauerint, in iis tamen solis omnem exanthematum rationem positam esse haud existimo. Siquidem ubi nulla humorum dissolutio praecessit, nullo modo fieri potest, ut sanguis caeterique humores crassiores minima vasa transeant, integritate illorum adhuc persistente. — Quae autem quum ad demonstrandam hanc nostram opinionem haud penitus sufficiant, ipsaque haec res, quae paullo accuratius explicetur, satis digna sit, per singulos hos morbos transire constituimus.

Ut a peste, crudeli ac maxime mortifero morbo tractationem exordiamur, illius miasma sane magis ad putredinem quandam, quam ad alias ab ea diuersas humorum degenerationes accedere videtur. Quodsi enim ipsa quoque *εξανθηματα* omittas, e quibus pestis semper pene cognoscitur, bubones videlicet, caeterarumque glandularum tumores, carbunculos atque vibices, ad quorum exortum aut relaxatio contractiove ingens earum partium corporis humani, quae fluida continent, aut fluidorum liquefactio, aut denique ambae hae affectiones simul requiruntur, aliae tamen quoque subsunt rationes, quae hoc inquinamentum putrido magno opere accedere probant. Ac morbi quidem, qui pestem solent antecedere, quique omnes pene ad putridos referri debent, huic opinioni nostrae pondus haud leue adiciunt.

Ete-

Etenim in antiquissimis morbis, quorum aut in antiquissimis *μυθῶν* mentio iniecta est, aut in scriptoribus rerum apud Iudaeos, Graecos Romanosque gestarum notio occurrit, pestilentia facile eminent. Ea Aegyptiorum, quum Ibraëitarum oppressionem ac seruitutem molirentur, insignem multitudinem interfecit ¹⁾ ea Davidis temporibus magnam Iudaeorum stragem edidit, ²⁾ ea iam Homeri temporibus saevit, aeuoque ipsa Homeri aetate antiquiore homines iam infestavit; vt adeo pestilentia inter primos haberi debeat morbos, qui a putrida humorum degeneratione quondam oborti sunt. Eo autem tempore non pestilentia solum, verum caeteri quoque morbi omnes, qui subito necant, ab Apolline, siue quod idem est, a sole, expliciti sunt, vt peste confectos antiquissimi Poetae ab Apollinis sagittis interfectos esse, dicerent, quum tamen subitanam a naturali quadam causa oriundam mortem ne cogitare quidem animo suo possent. Prima pestilentiae accurata aeque ac pulchra, quid? quod pulcherrima descriptio (caeteras enim, velut pestilentiam, quam Herodotus ³⁾ descripsit, ceu non satis accuratas, silentio transgredior) tradita a Thucydide ⁴⁾ est, quae tam atrox fuit, vt illius memoriam tota pene antiquitas reseruauerit et poetae adeo Lucretius ⁵⁾ ac OVIDIVS ⁶⁾ principem hac de re auctorem Thucydidem videlicet secuti, horrendas calamitates, quibus ab ea Graecia afflicta fuerat, carminice exposuerunt. Verum id desiderari in egregia hac a Thucydide profecta pestilentiae Atheniensis descriptione potest, quod neque is, neque Hippocrates

C 3 Magnus,

1) Exod. XII. 29.

2) Sam. II. XXIV. 15.

3) Herodot. L. VI. 3. et L. VIII. 23.

4) Thucydides Libr. II. 47. seqq.

5) de rerum natura VI, 1136.

6) Quamuis is pestem Aeginensem descripserit, ex insigni tamen symptomatum similitudine facile patet Poetam pestem Atheniensem descripsisse, locis tantum a morbo infectari quondam solitis, mutatis quod a Poetis, ac ab OVIDIO inprimis saepissime factum est. Vid. Ej. Metamorphos. L. VII, 25.

Magnus, qui eiusdem pestis historiam exhibuisse videtur ^{b)} qui pestilentiam praegressi fuerint morbi, quique eam exceperint, silentio penitus praetermiserint. Magis hac in re Poetarum ac OVIDII inprimis laudanda diligentia est, qui pluribus forsitan Graecae historiae scriptoribus hodie deperditis usus, morbos, qui hanc pestilentiam praegressi sunt, satis accurate recensuit. Etenim,

Prinaipio coelum spissa caligine terras

Pressit, et ignavos inclusit nubibus aestus.

Dumque quater iunctis explevit cornibus orbem

Luna, quater plenum tenuata retexit orbem

Lethiferis calidi spirarum flatibus austru

Haec de anni tempestate, deque aëris constitutionibus, quae sane ad putredinem generandam, latiusque diffundendam haud mediocriter valuerunt. Primum autem ferae a morbo tentabantur, ab iisdem in homines lethiferum malum transiit

Srage canum primo, volucrumque, oviumque, bouumque

Inque feris subiti depressa potentia morbi

Sylvis, agrisque vicisque

Corpora foeda iacent: viritantur odoribus aurae.

Mira loquor. Non illa canes avidaeque volucres

Non cani refrigeri lupi: dilapsa liquefunt

Afflatuque nocent, et aguar contagia late. ^{c)}

Ab iis deinde pestilentia in homines diffundi coepit. Neque haec sola pestilentia est, quam putridi morbi antecesserunt. Omnes potius aliae pestilentiae eosdem praecursores indigitarunt. Ut de Nouiomageni, quam SSBR de Diemberbroeck ^{e)} elegantissime de-

^{b)} De morbis vulgaribus L. III. Sect. 3, in Opp. Sect. VII. pag. 166. seqq. sect. edit. Foëtan.

^{c)} OVIDIUS in Metamorph. L. VII. 25.

^{d)} OVIDIUS in Metam. L. VII. 25.

^{e)} De peste. In Op. pag. 16.

descripsit, pestilentia, ac de Massiliensi loquar, in ambabus quoque febres putridae, antequam ipsa pestilentia accenderetur observatae sunt. Pestilentiam, quae in Verania et Odzacouii grassata est, febres acutae multae, denique petechiales praegressae sunt. ^{f)} Neque ab alia quadam causa morbi pestilentiam excipientes oborti sunt. ^{g)} Ab aegritudinibus adeo, in quas pestis degeneravit, raro omnis putredo abfuit.

Quodsi autem ipsa pestilentiae symptomata consideremus, ea frequentissime putredinem quandam a pestifero miasmate generari indicant. Quamquam enim postea inflammatoriam descripserint quoque Chenotus ^{h)} ac Chicoyneau ⁱ⁾ ea tamen tantum nobis a vera inflammatione abfuisse videtur, quantum biliosa febris a laterum acuto morbo, aut ab alia quoque inflammatione simplici recedere solet. Non tam evidentibus quidem putredinis symptomatibus haec pestilentia stipata fuit, verum ideo omnem ab illa putredinem abfuisse dici tamen non potest, quum Chenotus ipse adeo fuerit professus symptomata huius pestilentiae tum ex febre putrida, tum ex ardente mutuata fuisse. Posset id adhuc videri, eoque argumentum nostrum coargui, quod pestilentia detenti subinde absque omnibus putredinis per humores eorum diffusae notis pestilentiam feliciter superauerint. Novus ego quidem, pestilentiam subinde tam blande decurrere, ut magis defluxione quadam, quam pestilentia aegrotus laborasse videatur. Id autem non ex miasmatis benigna indole, ac e natura illius, verum ex ipsa

^{f)} Verba sunt *Is. Fr. SCHNEIDERI*. F. ej. *Observ. et cogitata de peste*. Berlin. 1754. pagl. 1. et p. 74.

^{g)} Hodges, de peste Londinensi, pag. 160.

^{h)} In tractatu de peste Vindob. 1766. pag. 62. 63.

ⁱ⁾ *Traité de la Peste*, pag. 370. Et hic quidem hallucinatus est Cl. atque doctissimus vir C. G. SELLE qui in rudim. pyretol. eam ob causam pestis inflammatoriae speciem constituit, quia Sydenhamo teste methodus antiphlogistica aliquando in ea inuenit. Adeoque omnes acutae, ubi circumcissione motuum febrilium quid proficitur, inflammatoriae essent.

corporis, quod miasma occupat, constitutione ac dispositione explicari debet. Quodsi enim quis laudabiles humores vasis suis vehat, solidaque robore satis firmo gaudentia cruorem diffuderint, subegerintque, ut omnia, quae corpori qualicumque modo inimica esse possint, statim eliminentur, antequam corpus in mali consensio-nem rapuerint, tunc sane ne pestifero quidem miasinati habitaculum, in corpore datum est, verum illud statim, aut nullo, aut leuibus motibus concitatis, generatisque aut tumoribus, aut aucta insensibili perspiratione, e corpore elicitur.

Probabilitatem denique quamdam modi, quibus pestis contagio propagatur, dictis nostris insuper addunt. Satis enim superque a Makenie ^{k)} ac a Ludero Viro reuerendo ^{l)} ex exemplis euictum est, pestem ideo tantum Turcis aliisque orientis populis tantas calamitates adferre, quia nec munditiae studeant, nec agrorum consuetudinem sibi interdican, ac praeterea annonae omniumque caeterarum rerum ad vitam sustentandam necessariarum eo tempore caritas insignis sit. Caeterum ipsum miasma ab aegro corpore in aërem fertus, in eoque diffusum alia quoque corpora intrat, ut adeo sententia EICHELBERGII V. Cl. omni veritate aequae ac probabilitate destituatur. ^{m)}

Adeoque nunc pestilentialis inquinamenti origines explicatae essent. Superstunt adhuc miasmata quaedam acuta in quorum originibus expediendis nobis paulisper consudandum est, variolosum videlicet morbillosum ac miliare, eaque praeter recensita, omnino sunt, quibus hoc nomen imponere conuenit. Siquidem, quam-

^{k)} on the Plague at Constantinople, in the London Chronicle 1764.

^{l)} Vide ej. *Nachrichten aus der Türkei.*

^{m)} vid. eius tract. de causis phaenomenorum, quae obseruantur in progressu morborum epidemicorum lente progredientium praesertim pestis hominum et luis bouillae atque inde nascente notabili aliquo genere nonorum prophylacticorum. Neomag. 1776. in 8vo.

quamuis petechiarum quoddam ac febris scarlatinae miasma ab auctioribus adstruatur, tantum tamen hi morbi a vere miasmaticis absunt, quantum sol caetera sidera magnitudine sua superare solet.

Insignis illa, quae inter variolosum ac morbillosum miasma intercedit, similitudo vnicuique medicorum nota est, adeoque ego facile ad credendum inducor, aut a varioloso morbillosum, aut denique a morbilloso variolosum oboriri. Etenim tam arcto subinde connubio inter se juncta sunt, ut velut nuptiis celebratis vel juncta sibi inuicem aegrum corripiant, vel statim sese excipiant, ut variolis scilicet praegressis morbilli aut versa vice post morbillos variolae aegrum vexent. Ipsa denique symptomata, quae in primo amborum horum morborum stadio obseruari solent, tam accurate inter se conueniunt, ut difficillime saepius praedici, nisi ex epidemia grassante, possit, vtrum variolae aut morbilli aegrotum sint inuasiurae.

Pestilentiae autem progeniem esse haec miasmata, tum ob insignem veneni vim, tum quoque ob caeteras alias, quae intra pestilentiam ac haec inquinamenta intercedunt similitudines, admodum nobis credibile est. Siquidem non exanthemata solum in hoc morbo ac in pestilentia quoque apparere solita, non eadem solum decursus ac facillimae in varioloso morbo oriundae putredinis ratio id suadent, verum quoque alia adhuc inexplicabilisque variolarum cum peste cognatio, quae inde facile intelligitur, quod variolae aequae ac morbilli in pestilentiae locum facile succedant, quodque adeo subinde pestilentialis morbus in variolosum, morbillosumue degenerare videatur.

Possunt vero multae quaestiones, multaque argumenta moueri, quae dubiam hanc opinionem nostram aliquo modo reddere videntur. Possunt inprimis antiquitates huius morbi vrgeri, quas ab Arabibus repetendas esse docuerunt inprimis Hieronymus Mercurialis, Werlhofius ⁿ⁾ atque GRVNERVS, qui tamen Werlhofii alio-

ⁿ⁾ Vid. Viri immortalis Opera Medica, a WICHMANNO V. III. edita, Tom

II. pag. 469.

aliorumque argumenta tantum repetiit. ^o) Verum admodum anceps res ex eo redditur, quod ii, qui antiquitates huius morbi a Graecis ac ab Hippocrate imprimis Magno deduxerunt, idoneis gravibusque argumentis haud destituantur. Forſan ab antiquiſſimis inde temporibus morbus inter certas quasdam, incultas, ac nullo commercio cum aliis gaudentes nationes ſacuit, a quibus deinde, quum morum feritatem deponerent, commerciumque inſtaurarent, longe lateque in alias gentes diffundi potuit. Lucem quandam huic ſententiae noſtrae adfundunt ea, quae circa venereos morbos comperta ſunt, quos ab antiquiſſimis inde temporibus Americanas gentes exercuiſſe admodum probabile eſt.

Quodſi autem et largiremur, variolas Arabum temporibus homines primum infeſtaſſe, argumenta tamen noſtra haud corruerent. Siquidem nullum fore puto, qui peſtilentiae miſma cum varioloſo vnum idemque eſſe, adeoque utroſque hos morbos ſimul exortos eſſe exiſtimet. Certe vt degeneraverit paululum peſtilentiale miſma neceſſe fuit, eaque degeneratio forſan tunc demum locum habuit, vbi peſtilentia per longam annorum ſeriem graſſata eſt, ac per innumerabilia corpora venenum tranſiit. Veneno quaſi mutato, ſymptomata primum catarrhalia apparuerunt, et bubonum ac carbunculorum loco varioloſum morbilluſumve exanthema excitatum eſt.

Reſtat vt de miliari morbo exponamus, qui pariter a miſmate quodam oboriri dicitur. Verum vehementer adhuc dubitare licet, vtrum iis morbis poſſit adnumerari, qui nunquam, niſi contagio quaedam praegreſſa fuerit, homines infeſtare conſueverunt. Quamquam enim contagio ſubinde ſatis manifeſta ſit, ac imprimis vbi morbus per populum graſſatur, in ſenſus omnium incidat,

^o) Vid. eius diſſertatio, quae inſcribitur. Variolarum antiquitates ab Arabibus ſolis repetendae Ienae 1773.

cidat, dubitamus tamen, quin et puerperae contagionem semper experiantur, antequam in miliarem morbum incidant. Morbi origines antiquissimas esse, eumque ipsi Hippocrati iam cognitum fuisse supra docuimus, quamvis GRVNERVS, contrarium probare annis fuerit. Hoc tamen certum est, eum anno MDCLV. Lipsiae intensa vi recruduisse. Puerperas primum malum exercuit, et vbi urbem quandam antea parum visus morbus ingrederetur, eas semper primum occupavit, ab iisque in alios deinde homines diffusus est. *P*) Et inde, nisi, quod tamen animo nostro vix concipere possumus, egregie fallimur, ipsius miasmatis indoles ac mater, a qua generatum est, facile possunt perspici. Nunquam enim in puerperis oboritur haec aegritudo, nisi aut contagio quaedam, aut denique lochiorum quaedam suppressio praecesserit. Quem autem fugit, hac profusione sanguinem malum foetidum, in quo, quum diu in utero haeserit, putredo quaedam nata est, demitti excernique? Nonne omnes alii morbi hanc huius profluvii interceptionem excipientes, putridae febres, putridae vteri, omenti, intestinorum ac jecinoris inflammationes eandem rem probant? Ex nostra sane sententia nil hoc ipso asserto certius est, Quum vero puerperarum purpura eandem interceptionem lochiorum profluvii, quam frequentissime excipiat, caeteraque omnia, cum hac aegritudine apparere solita symptomata, putredinem in humoribus quandam subesse indicent, haud sane video, quibus aliis morbis, si putridos decuseris, maiori iure eum accensere valeas.

Vbi autem aut in viris aut in mulieribus, quae partum non ediderunt, morbus apparet, saepe quidem putredinis effectus, subinde tamen etiam nullos habet. Absentia putredinis eodem modo hic explicari debet, ut eam supra, vbi de pestilentia exponebamus, explicuimus. Ea videlicet in sanissimo corpore, vbi efficax natura

D 3 eam

p) Vid. CAROLI ALLIONII tractatio de miliarium origine, progressu, natura et curatione, Ienae et Lips. 1772. 8v. Cap. I. pag. 3. seqq.

eam auerruncat, abest, neque a putrido adeo fomite potest accendi.

Superfunt adhuc quaedam argumenta, quae pariter probant, miliaris morbi miasma putridum vehementer amare, ut inde admodum probabile fiat, putredinem illius quoque genuinam matrem esse. Morbus videlicet paene nullus est, qui febres tertianas bilioso-putridas, malignas tam vehementer amet, quam ipse idem morbus miliaris exceptis solum petechiis, neque alium scio morbum putridis, et omnibus qui illis qualicumque modo accedunt, morbis aequè frequenter superuenientem, quam eundem miliarem. Ac ex scorbutica quoque sine chronica purpura, quae acutae saltem in quibusdam proprietatibus accedit, argumenta quaedam, dictis a nobis inferuentia deduci possent.

Id vero iterum monendum est, nos non id asseuerare, quod miliarium miasma cum putridis inquinamentis penitus conueniat. Acquisiuit enim sola degeneratione aegritudo singulares proprietates, in quibus ea, quod neruos tam vehementer afficiat, fere princeps est. Ac in hac quidem aliisque, quas, ne nimis amplietur harum pagellarum numerus, praetermittimus, a communi sua matre vehementer filia recedit.

Pauca haec de originibus inquinamentorum morborum acutorum sufficiant. Potuisset oratio pertractatione chronicorum morborum, qui a miasmatis origines suas ducunt, mirifice dilatari. Verum id neque tempus, neque id quod nobis proposueramus, permittit. Interea Benevole Lector his nostris laboribus utere, prout Tibi placuerit, ac si dignos nos Tuo fauore inueneris, nobis faue.

Da veniam scriptis quorum non gloria nobis

Causa, sed vultus officiumque fuit.



THESES.

1. Haud sane ab omni reprehensionis culpa vacui sunt, qui terreis medicinis omnes suas laudes detrahunt.
2. Siquidem ad acutorum morborum iudicationem promouendam vsus earum saepe insignis est.
3. Non vna eademque medendi methodus in quavis regione conuenit, vt in calidis regionibus putredini magis resistendum, in frigidioribus vero coactio humorum auerruncanda sit.
4. Omnia autem paene symptomata morborum acutorum in calidis regionibus frequenter occurrentium inde explicanda sunt, quod bilis tam facilem ab intenso solis aestu, et a facili transpirationis suppressione acedinem acquirat.



5. Hinc quoque in calidis regionibus bilem facius magisque educere expedit, quam in frigidis.
6. Putredine ciborum digestionem absolui, haud facile credibile est.
7. Character quidam certus atque indubitatus februm malignarum plurimis dubius videtur.
8. Vomitoriorum usus in intermittentibus non absolute necessarius est, neque
9. laudandus in morbis acutis.
10. Praeferenda potius sunt remedia, quae aluum vel blande solvunt vel eandem ducunt.
11. Securior semper est methodus medendi placida et correctoria, quam quae nostris temporibus inualuit, tumultuaria et heroica.
12. In medicina practica ad duo praecipue momenta, motum nimirum et materiam est respiciendum.



PEREXIMIO DNO. DOCTORANDO
 ET AMICO SVO SVAVISSIMO
IOHANNI DAVIDI MARTINI

HONORES DOCTORALES GRATVLTVR
 CAROLVS GOTTLOB SCHELLHASS IUNIOR,

WRATISL. SILES.

A. S. CAND. ET OPPONENS.

Cingite Pierides, dilecti tempora lauro
 Phoebi, perpetuus quem mihi iunxit amor.
 Ast, quae chare! tibi perfoluo debita vota
 Accipe corde bono, qui mihi gratus eras,
 Hocce die nitido toto tibi pectore grator;
 Et Medicus summus omnia facta beet.
 Incertas naus felix tunc diuidat vndas;
 Aeolus ast longis annuat ipse viis.
 Sis memor et nostri, felix Orientis ad oras
 Si veneris; semper te pietate colam.
 Oculi Martini, proh! vltima, candide, fume;
 Postremum effundo flebile voce Vale!

HALAE D. II. SEPT. AO. MDCCCXXVI.




- | | |
|---|--|
| Pag. 3. l. 1. — pro pene l. paene | Pag. 15. l. 24. — aere l. aere |
| — l. 5. — doctrinam l. doctrinam | — n. m) l. 3. — en l. on |
| — l. 11. — elaborandum l. elaborandum | — l. 4. — Barbadaes l. Barbadoes |
| — l. 14. — titillatione l. titillatione | Pag. 16. l. 1. — terminibus l. hominibus |
| — l. 19. — miasmaticibus l. de miasmaticibus | — l. 9. — vigens, l. ingens. |
| — — — legendi l. legenti, | — n. p) l. 4. — incho l. initio |
| Pag. 4. l. 10. — annino l. animo | — l. 6. — Cleyhorn l. Cleghorn |
| — l. 11. — miasmaticibus l. miasmaticibus | — l. 7. — gelcht l. gehericht |
| — l. 15. — qualemecunque l. qualemecunque | Pag. 17. l. 12. — pene l. paene |
| Pag. 5. l. 18. — pene l. paene | — n. q) l. 7. — uorbi l. morbi |
| — l. 23. — neque l. meque | Pag. 18. l. 4. — pene l. paene |
| Pag. 6. l. 2. — non l. non solum | — l. 6. — communis actione l. communi-
cacione |
| — l. 8. — natura l. natura | — — — pene l. paene |
| — l. 11. — autem l. aut | — l. 7. — quare l. quae |
| — l. 12. — quam l. quam quod | — l. 11. — a doctissimo l. ac doctissimo |
| — l. 14. — remunerare l. remunerare | — l. 12. — ac l. a |
| — l. 15. — prosperam l. prosperam | — l. 16. — pene l. paene |
| — — — ad modum l. admodum | — n. q) l. 8. — hydrophoriam l. hydrophobiam |
| — l. 18. — saltum l. saltum | — l. 9. — Balaingerian. l. Baldingerian. |
| — — — ad modum l. admodum | — l. 5. — Switenio l. Swietenio |
| Pag. 7. l. 1. — partes l. patres | — l. 6. — Boerhav. l. Boerhaav. |
| — l. 6. — providentiam l. providentiam | — n. s) l. 1. — Switen l. Swieten |
| — l. 11. — compenlasse l. compenlasse | Pag. 19. l. 8. — pro fuinde l. subinde |
| — l. 16. — quo l. quae | — l. 14. — eam, quae rabiei l. eam putre-
dinem, quae in putridis febribus
obvia est, et inter eam, quae
rabiei |
| n. a) l. 3. — verifissimam l. verifissimam | — l. 20. — pene l. paene |
| Pag. 8. l. 7. — effeminatis; l. effeminatis, | — l. 28. — pene l. paene |
| — l. 27. — et l. vt | Pag. 20. l. 21. — miasma l. miasma |
| Pag. 9. l. 9. — pene l. paene | — l. 24. — pene l. paene |
| Pag. 10. l. 6. — pro austa l. acuta. | — l. 31. — pene l. paene |
| — l. 11. — confudare l. confudare | Pag. 21. l. 11. — verum l. verum |
| — l. 15. — durissimi l. durissimi | — l. 19. — pene l. paene |
| Pag. 11. l. 5. — cum l. oua | Pag. 22. l. 7. — prinaiop l. principio |
| — l. 10. — nodo pene l. nodoque paene | — l. 8. — ignuou l. ignauos |
| — l. 26. — graecia l. Graecia | — l. 22. — aguat l. agunt |
| Pag. 12. l. 5. — rndibus l. radibus | P. 24. n. m) l. 2. — progredientium l. progredi-
entium. |
| — — — incultisque l. incultisque | |
| n. h) l. 11. — polluisse l. haud polluisse | |
| Pag. 13. l. 3. — induris l. in duris | |
| — l. 17. — 7) ac l. este. 7) Ac | |
| n. l) l. 5. — penes quos, l. penes quas | |
| Pag. 14. l. 10. — quum l. quem | |
| — l. 16. — pene l. paene | |
| — l. 20. — incrustans l. inconstans | |
| n. l) l. 13. — <i>κικροδαιμονος</i> l. <i>κικροδαιμονος</i> | |


ULB Halle 3
003 249 530



5b.







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA,
SISTENS ANALECTA QVAEDAM

AD
MIASMATOLOGIAN
DE
PRIMIS MIASMATVM MORBOSORVM
ORIGINIBVS,

1776, 10
9

QVAM
E DECRETO GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
P R A E S I D E
D. PHILIPPO ADOLPH. BOEHMERO

POTENTISSIMO BORVSSOR. REGI A CONSILII AVLICIS
MEDICINAE, ANATOMIAE ET CHIRVRGIAE PROFESSORE PVBL. ORD.
FACVLT. MEDICAE SENIORE ET H. T. DECANO CET.

P R O
G R A D V D O C T O R I S
SVMMSQVE IN MEDICINA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS LEGITIME CAPESSENDIS

D. II. SEPT. CIO IO CCLXXVI.
P V B L I C E D E F E N D E T

A V G T O R
IOHANN DAVID MARTINI
ZIESARIA-MAGDEBVRGICVS.

HALAE SALICAE, TYPIS HENDZLIANIS.

